



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

15. Filij clericorum illegitimi in Ecclesia, in qua patres beneficia obtinuerunt, ipsi non habeant, & quæcunque circa hoc in fraudem factam fuerint, irritentur, & nulla censeantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

pretorem & secundo, Decian. d. lib. 6. cap. 21. num. 14. & 22. Vide Farin. in praxi crimin. part. 5. quest. 138. num. 54.

9 Donec post manifestam vice emendationem, &c.] Clericum concubinarium, qui iam emendatus fuerit à suo Superiore dispensatus, effici habilem ad susceptionem, quoruncunque bonorum, Dignitatum, beneficiorum, & officiorum, resoluunt Bermond. de publicis concub. in gloss. usque à quo, Decian. d. cap. 21. num. 34. & 35. Farin. dist. quest. 138. num. 87.

20. 1 Nec quisvis appellatio, &c.] Concubinarium notorium de notorio concubinato condemnatum non appellare tenent Salzed. ad Bernard. d. cap. 79. littera B. vers. est tamen circa superiora, ubi declarat Decian. d. lib. 6. cap. 21. num. 29. Farin. d. quest. 138. num. 80. Quam executionem exemptio,

aut appellatio ante, vel post diffinitivam sententiam suspendere non potest, vt refert decifum Nicol. Garc. de benefic. p. 11. cap. 10. num. 186. dub. 12.

21. 2 Non ad Archidiaconos, &c.] Hoc non intelligi in immemoriali, refertur decifum Nicol. Garc. d. num. 186. dub. 14. Ludouic. à Sarauia in tract. de iurisf. Aduocatorum quest. 24. num. 5. & 26.

3 Clerici vero, &c.] De punitione clericorum non habentia beneficia, aut pensiones agit Farin. d. g. 138. nu. 72.

4 Episcopi quoque, &c.] De pena Episcopi concubinarij agunt Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 5. ad fin. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 32. tract. 2. num. 65. vers. item ex Concilio, Aigid. de ConincK de Sacr. & censur. tom. 2. disp. 15. susp. 27. Farin. d. quest. 138. num. 70.

Filij clericorum illegitimi in Ecclesia, in qua patres beneficia obtinuerunt, ipsi non habeant, & quaecumque circa hoc in fraudem facta fuerint, irrita, & nulla censeantur.

C A P V T X V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Dispositio huius cap. in quo differat à iure communi.
- 3 Filius videtur posse succedere in beneficio paterno si per triginta annos alius in eo successit.
- 4 Beneficia, quae pater ante Concil. dimisit, licet filio obtinere.
- 5 Filij naturales etiam procreati tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, comprehenduntur sub hoc decreto.
- 6 Nepotes legitimi Presbyterorum ex filio illegitimo respectu beneficij aut non comprehenduntur sub dispositione huius decreti.
- 7 Pater non prohibetur obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcumque aliud.
- 8 Fratres fratribus etiã immediatè succedere possunt.
- 9 Filij legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quaecumque in eadem Ecclesia in qua genitores habuerunt, vel habent.
- 10 Sed non possunt paterna beneficia immediatè obtinere.
- 11 Filius quamuis legitimus eget dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum.
- 12 Decretum procedit.
- 13 Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando possedit.
- 14 Filius illegitimus excluditur ne possit obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater habuit solam sedem in choro.
- 15 Possessionem beneficij per procuratorem accipiens, sed in Ecclesia nunquam ministravit, comprehenditur sub hoc decreto.
- 16 Pater non potest habere beneficium in vna Ecclesia, & filius in alia quando ambae sunt sorores.
- 17 Religiosi filij Religiosorum possunt dispensari ad dignitates & officia, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt.
- 18 Filius illegitimus non prohibetur obtinere Episcopatum nuper erectum ex parte diocesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus.
- 19 Filius illegitimus an possit recipi in clericum Ecclesia receptitia ubi eius pater fuit receptus.
- 20 Hoc decreto prohibentur tantum in futurum obtinentes.
- 21 Canonicus illegitimus cuius pater possessionem alterius Canonici in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dicta Ecclesia nunquam ministraverit, comprehenditur hoc decreto.
- 22 Filius illegitimus non prohibetur quominus tanquã capellanus amouibilis deseruire possit, ac obtinere re beneficium in Ecclesia in qua eius pater nunquam intitulatus fuit.
- 23 Filius illegitimus non prohibetur obtinere Ecclesiam filialem, dummodo non teneatur ministrare in Matrice.
- 24 Filius illegitimus potest patri succedere in capellania fundata absque Episcopi auctoritate.
- 25 Filius illegitimus non prohibetur habere Canoniciatum, qui erat portio, tempore quo pater illum obtinebat.
- 26 Filius illegitimus quomodo prohibeatur ministrare in Ecclesia, in qua pater eius beneficium habuit, vel habet.
- 27 Filius illegitimus laicus non potest canere tanquam musicus simplex in Ecclesia in qua pater habuit, vel habet beneficium.
- 28 Missam celebrare possunt in eadem Ecclesia pater & filius, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.
- 29 Quamuis vnus ob quoddam legatum, alter ob deputationem celebret.
- 30 Pater & filius possunt insimul processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, & alter tanquam capellanus diuersarum Ecclesiarum.
- 31 Filius illegitimus non prohibetur cū patre habitare.
- 32 Pensiones habere non possunt filij illegitimi super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.
- 33 Pensionem super beneficio paterno non prohibetur habere filius legitimus.
- 34 Pensio fraudulentè reseruata.
- 35 Pensionem transferendi facultatem habens potest illam transferre in suum filium illegitimum.
- 36 Beneficium obtinuisse non dicitur qui fuit prouisus, & litteris non expeditis, ac possessione non habita cessit alteri.
- 37 Filius suum beneficium resignare cogitur, si ille & pater tempore Concilij reperirentur in eadem Ecclesia beneficia obtinere.

- 38 Pater, qui est coadiutor filij in Canonatu tenetur cedere omne ius filio.
- 39 Dispensatio præsumpta in qua fundatur reg. de

- triennali non habet locum contra hoc decretum.
- 40 Resignationes reciproca prohibentur.
- 41 Post ipsum Concil. in favorem filiorum faciende.

a Concil. o. Tolet. in c. 10. grauis animaduertit. cap. propoluiti 82. dist.
 b Ab Alexan. 3. partis 10. cap. 1. & in Concil. 1. Lateranen. c. 14. c. 2. & per totum de fil. presbyter.

VT paterna incontinentia memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas, sanctitasque decet, & longissimè arceatur, & non liceat & filijs Clericorum, & qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, & in Ecclesijs, ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, & vel alias obtinuerunt, habere. Quod si in præsentem pater, & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare, extra Ecclesiam intra trium mensium spacium, & alias ipso iure eo priuatus existat, & super ijs quæcumque dispensatio surreptitia censetur. Ad hæc, reciprocae resignationes, si quæ posthac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium consequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum Sanctionum factæ omnino censentur, nec collationes fecerit, vigore huiusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsi clericorum filijs suffragentur.

- 1. **V**ide Bernard. & Salzed. in pract. Canon cap. 50. in nouiss. edit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. Seraphin. decis. 1442. Nicol. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. Aloyf Ricc. in practi part. 2. res. 370. cum seqq. Bellet. desquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 2. nu. 31. cum seqq. Campan. in diuers. iuris Canonice. rub. 11. cap. 13. num. 67. cum seqq. Armendar. in addit. ad receptil. legum Nauarra lib. 1. tit. 19. l. 1. de filijs Presbyter. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. Honor. ad Decretal. tit. de filijs presbyter. num. 16. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 75. tit. Labor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 16. num. 48. cum seqq. Nouar. in singular. iuris Canonici conclus. 50. metipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 63. Illustriss. D. meū Rodenc. à Cunha ad cap. 13. dist. 56. Marcel. Vulpe in practi in die. fori Ecclesie 47. n. 27. cū seqq. Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. dist. 4. punct. 2. Sanch. in opere consil. moral. 10. l. lib. 2. c. 1. dub. 15. n. 5. Vafq. in opus. moral. 6. 3. §. 1. dub. 2. n. 4.
- 2. In quo autem dispositio huius text. differat à iure communi, & Nicol. Garc. refert Fr. Sigism. à Bononia d. dub. 75. post num. 7. vob. octauo dubitari potest, & dixi Ego ipse d. allegat. 65. in. princ. & me non euato transcripsit Aloyf Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 327. part. 4.
- 3. **Longissimè arceatur**] Si per triginta annos alius in beneficio paterno mediãtè successerit, videtur filium posse in eo succedere. tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. n. 33.
- 4. **Non liceat**] Licet et tamen beneficia, quæ pater ante huiusmodi constitutionem dimisit, obtinere, censuit Ror. decis. 81. apud Fatm. in 1. collect. nouiss. alias part. 4. diuers. quæ refero d. allegat. 65. nu. 10. Vel si ante Concilij publicationem è vita migravit, sicut referunt decisum Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 43. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. num. 10. Sanchez d. lib. 2. cap. 1. dub. 15. nu. 8. vbi tenet posse filium obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater modò obiit ante huius decreti publicationem, vel intra tres menses ab illius publicatione, & simi iter si pater suum beneficium, ante demiserat, vel dimisit intra illos tres menses, quia hic dicitur dicitur, non liceat, non loquitur de collationibus antea factis, sed de futuris.
- 5. **Filijs clericorum.**] Habere locum in filijs naturalibus procreatis tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, referunt resolutum Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. num. 7. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 15. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 75. num. 2.
- 6. **Contra Fr. Eimman. quæst. regul. tom. 1. quæst. 13. artic. 7. & Fr. Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quæst. 1. art. 10.** existimantes hoc decretum non loqui de filijs naturalibus.
- 7. **Nepotes legitimos Presbyterorum ex filio illegitimo respectu beneficii sui non comprehendit sub dispositione huius decreti, quia cum hoc decretum pœnale sit, est restringendum, resoluunt Nauarr. consil. 9. num. 9. & 10. de filijs Presbyter. Spin. in speculo testament. gloss. 2. princip. ex num. 23. Ceuall. commun. courra commun. quæst. 796. ex num. 9. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 50. §. 7. num. 2. & §. 8. num. 2. Gare. Gironda de priuileg. explicat. num. 1049. Galet. in marg. casuum consilient. verb. beneficium 1. Sayro de censur. lib. 6. cap. 10. num. 46. Azor. in instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 17. Seraphin. d. decis. 1442. num. 11. Stephan. Gratian. d. d. cap. 397. num. 6. Nicol. Garc. d. d. cap. 3. in addit. num. 22. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. num. 1. Campan. d. cap. 13. in num. 76. Bellet. d. §. 3. num. 33. Aloyf Ricc. in decis. Curia Archiepiscop. Neapolitan. part. 4. decis. 283. & in practi part. 2. resolut. 374. Nouar. de elect. & variat. fori. quæst. 9. num. 60. in fine sect. 3. in vltim. impressione; & nouissimè Illostriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 3. num. 8. dist. 56. Castro Palao d. puncto 2. num. 3. Sanchez d. lib. 2. cap. 1. dub. 18. Honor. ad Decretal. tit. de filijs Presbyter. num. 16. in fine. Sel. d. d. cap. 92. num. 5. vbi refert decisum sub die 13. Augusti 1622. Item in nepote illegitimo ex filio itidem illegitimo dicendum asserunt Spin. & Azor. citatis locis, Nicol. Garc. d. d. capitul. 3. num. 27. Armendar. d. d. loco numero 3. Quintanad. lib. 2. num. 95. D. meus ad d. d. cap. 1. num. 9. Contra Mieres de maioratu part. 2. quæst. 2. num. 52. Rebuff. de pacificis possess. num. 266. cum seq. alias 225. & Salzed. ad Bernard. d. cap. 50. littera A. Roias de success. ab investito cap. 20. ex num. 112. Less. de insti. lib. 2. cap. 34. num. 91. existimantes prohibitionem huius decreti etiam ad nepotes quoscunque extendi.**
- 8. **Patrem non prohiberi obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcumque aliud, etiam dissimile, tradunt Rebuff. in practi benefic. tit. de dispensat. super defectu natal. num. 29. Fr. Eimman. in summ. tom. 1. cap. 29. n. 4. in fine, Vega part. 1. summ. cap. 36. casu 18. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 24. & seqq. Less. de iustit. lib. 2. cap. 34. num. 91. Honor. d. tit. de filijs presbyter. in fine. Quintanad. Ecclesiast. lib. 2. num. 95. Nicol. Garc. d. part. 3. num. 18. Campan. d. cap. 1. num. 7. Seraphin. d. decis. 1442. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. num. 4. Fr. Sigism. à Bononia d. dub. 75. nu. 3. Sel. in select. canon. cap. 92. num. 5. vbi in vna Maioratum 18. Nouembrii 1628, refert fuisse decisum patrem non prohiberi obtinere immediate beneficium filij sui illegitimi, Sanch. d. lib. 2. cap. 1. dub. 19. ex eo, quia hoc non inuenitur expresse prohibitum, & cum sit pœnale, potius est restringendum, tum etiam quia non militat eadem ratio, nempe quod dicitur successio hereditaria in beneficijs, cum ratum sit, vt filij thesaurizent parentibus, & eis beneficia resignent.**
- 9. **Fratres fratibus etiam immediate succedere posse, resoluunt Pahor. in cap. ex tran. missa num. 3. de filijs Presbyter. Sayro d. cap. 10. num. 44. Azor. d. d. par. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 6. vob. ratum esse videtur Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 13. num. 10.**
- 10. **Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio.**] Filios ergo legitimos clericorum, posse adipsos beneficia qua cumque in eadem Ecclesia in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, ex cap. ad hac, de filijs Presbyter. colligunt citati per me d. d. allegat. 65. num. 16.

Sed huiusmodi legitimos clericorum filios paterna beneficia immediate obtinere non posse, sed mediate, per cap. ex transmissa, & cap. ad extirpandas, de filijs Presbyter. & attenda noua huius decreti dispositione merito sufficiunt, Salzed. d. cap. 50. num. 3. Seraphin. decis. 1443. num. 6. Sancharel. var. resolut. quæst. 79. num. 1. & quæst. 21. num. 15. Fr. Eimman. quæst. regular. tom. 1. quæst. 13. artic. 7. Gonzal. ad reg. 8.

ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 33. Nicol. Garc. d. e. 3. num. 18. & in addit. nu. 29. in fine. Illustrif. D. meus Roderic. à Cunha ad d. cap. 13. num. 5.

11. Vnde filium quamvis legitimum egere dispensatione ad obtinendum immediate beneficium paternum, refert decifum Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 4. Sel. d. cap. 92. nu. 6. vbi testatur se fuisse decifum sub die 23. Augusti 1631. & non posse cum illo Episcopum dispensare resoluti Sanchez d. lib. 2. cap. 1. dub. 17. num. 3.
12. In Ecclesijs vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum, &c.] Decretum hoc habere locum tantum in filijs illegitimis, qui mortuo patre beneficia in eadem Ecclesia impetrare volunt, & in illis, qui vnà cum patre in presenti reperuntur obtinere in eadem Ecclesia, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 43. in 3. declar. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 12.
13. Filium Presbyteri illegitimum non posse obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando possedit, asserunt resolutum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 59. & Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 23. Castro Palao d. puncto 2. num. 7.
14. Filium illegitimum per text. in presenti excludi ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, dicit decifum Nicol. Garc. d. e. 3. num. 66. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 27.
15. Sub hoc decreto comprehendit illum, qui per procuratorem accepit possessionem, sed in Ecclesia nunquam ministravit, referunt decifum Iul. Lauer. variarum lucubr. tit. 4. cap. 16. num. 51. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. Sed his in fine, Nicol. Garc. d. e. 3. num. 56. declar. 44. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 21. vbi num. 45. subdit quòd in Ecclesijs fororum aliarum Ecclesiarum (sicut sunt aliquæ in Hispania) in quarum altera residendo, presuppuntur residere in principali, non potest pater residere in vna, & filius in altera.
16. Pater non potest beneficium habere in vna Ecclesia, & filius in alia, quando ambae sunt sorores, itaut residens in vna, censeatur in vtra residere, quarum aliqua reperuntur in Hispania, prout refert decifum Garc. in addit. ad d. pare. 7. cap. 3. num. 75.
17. An hoc Concilij decretum ita se extendat ad illegitimos Regulares filios Religiosorum, vt nequeant promoueri ad dignitates in Religione, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt? in qua quaest. Fr. Emmanquem refert & sequitur Fr. Sigism. à Bononia de elect. d. v. b. 75. nu. 5. resoluti memoratos Religiosos filios Religiosorum posse dispensari ad dignitates & officia in Religione vbi eorum patres sunt, non autem in monasterio vbi praelationes administrarunt.
18. Filius illegitimus hoc decreto non prohibetur obtinere Episcopatum nuper erectum ex parte diocesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus, quia Concil. in presenti strictè est intelligendum in casu odioso, & loquitur in Ecclesia in qua pater ministravit, quod hic secus est, cum non sit eadem Ecclesia, ita Aldan. in compend. canon. resol. lib. 5. tit. 18. nu. 1. vbi refert sic fuisse decifum sub die 12. Februarij 1598. Castro Palao d. disput. 4. puncto 2. num. 15.
19. Filio illegitimo obstat hoc decretum quominus in clericum Ecclesiæ receptiua, in qua recepti absque alia, prouisione Diuini inseruire, & massæ communis participes esse contineuerunt, admitti queat, propterea quòd eius pater duodecim ab hinc annis defunctus in ipsa Ecclesia receptiua in clericum admissus & ipse fuit, Diuinisque inibi inseruiuit, atque emolumenta consueta percepit, quia receptiua dicitur beneficiatus, ex Aldan. d. tit. 18. num. 6. vbi attestatur, sic fuisse resolutum sub die 2. Decembris 1605.
20. Hoc decreto non prohibentur filij Presbyteri retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem Concilij vita migravit, quia hoc decreto prohibentur tantum in futurum obtinentes, vt refert decifum Nicol. Garc. d. pare. 7. cap. 3. num. 43. & 46.
21. Canonicus illegitimus, cuius pater possessionem alterius Canonicatus in eadem Ecclesia apprehendit, licet

Barbo. Collect. in Concil.

in dicta Ecclesia non ministraverit, nec fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius Canonicatus, comprehensus est sub hoc decreto; ille verò, cuius pater sola Romani Pontif. signatura sibi obtinuit, confecti Canonicatum eiusdem Ecclesiæ, sed neque litteras Apostol. expediuit, nec vnquam habuit possessionem, non comprehenditur, prout refert decifum Nicol. Garc. d. pare. 7. cap. 3. num. 56.

Filium illegitimum non prohiberi quominus tanquam capellanus amouibilis deservire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater nunquam fuit intitulus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amouibili inseruiuit in eadem Ecclesia, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. nu. 27. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. num. 32. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. nu. 24. cum segg. Campan. d. cap. 13. nu. 67. vers. & quia; Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiepiscop. Neapolit. decif. 204. part. 4. & in praxi part. 4. resol. 373. Fe. Sigism. à Bononia d. dub. 78. num. 6. Ego ipse d. allegat. 65. num. 5. Lauer. d. cap. 16. num. 52.

Nec prohiberi obtinere Ecclesiam filialem, dummodo non teneatur ministrare in Matrice, quam obtinet pater, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 62. in 3. declar. Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyter. nu. 26. Illegitimus enim, cuius pater fuit Rector Ecclesiæ Matricis, potest Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu aliàs illi vnitam, in qua eadem Matrix habet etiam quædam iura Parochialia, modo vnio sit facta accessoriè, & per viam subiectionis Ecclesiæ Matrici, & pater in ea non ministraverit; non poterit tamen vnitam atque principaliter obtinere (sicut intitulus in vna, censeatur in vtraque intitulus) aut si in vtraque pater ministravit, vt per Nicol. Garc. d. tit. 4. cap. 3. num. 62. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. cum verò, Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 24.

Nec prohiberi succedere in capellania, quæ fundari solet, maxime in Hispania absque alia Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, vt in illis succedant clerici de parentela, tradunt Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 33. cum segg. Castro Palao d. disput. 4. puncto 2. num. 15. in fine, Ego ipse d. allegat. 65. num. 13.

Nec prohiberi habere Canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, resoluti Achil. de Grallis d. decif. 1. de filijs Presbyter. quem refero Ego ipse d. allegat. 65. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. proom. sub num. 33. Lotter. de re benef. lib. 3. quaest. 48. num. 210.

Quoquo modo ministrare, &c.] Filium illegitimum in Ecclesiam, in qua pater eius beneficium aliquod habuit, vel habet, prohiberi non solum sacrum solemniter facere, aut Euangelium, vel Epistolam solemniter cantare, sed etiam Missam tanquam externum, & peregrinum priuatim celebrare, & sacramenta in eadem Ecclesia agere, resoluunt Nauarr. consil. 1. quaest. 17. de constitut. Sayro in floribus decif. sub eod. tit. decif. 22. Aloyf. Ricc. in collect. decif. part. 4. collect. 1367. vers. tu amplia, Bellet. disquis. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 3. num. 32. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 26. cum segg. vbi num. 28. subdit nec etiam antiphonam in ea canere posse ratione oneris, beneficij alterius Ecclesiæ annexi, refero Ego ipse d. allegat. 65. num. 20. & addo Iul. Lauer. var. lucubr. tit. 4. cap. 16. num. 50. Et quòd filius illegitimus prohibeatur etiam deuotionis gratia Missas celebrare in Ecclesia, in qua eius pater beneficium obtinet, vel obtinuit, tenet Aldan. in compendio Canon. resol. lib. 5. tit. 18. nu. 3. vbi refert ita decifum sub die 22. Ianuarij 1602. & fuisse pro hac parte Cardinales s. Marcelli de Camarino, Sancti in quatuor, Blanchettus, Mantica, Vicecomar, & Ositus. & ex altera parte Cardinales de Montelparo, Iustinianus à Monte, Parauicinus, & Platius.

Filium illegitimum laicum non posse canere tanquam musicum simplicem in Ecclesia in qua pater habuit, vel habet beneficium, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 68. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. & qui Armendar. d. l. 1. de filijs Presbyt. num. 28. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decif. 283. num. 1. Ego ipse d. alleg. 65. num. 21. Hinc infert Honor. ad Decret. tit. de filijs presbyt. vers. vnde inferri, num. 16. tenet quòd filius illegitimus clerici, & pater non possunt esse monachi, & Regulares

- Canonici in eodem monasterio siue Ecclesia.
28. Decretum hoc non prohibere quin pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dnm modo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, attestantur resolutum. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 72. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 33. Campan. d. cap. 13. num. 67. in fine, Sigismund. à Bononia d. dub. 75. num. 7. in princip. Lauer. dict. cap. 16. num. 54.
29. Vnde non esse molestiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 73. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 34. Campan. loco proxime citato. Castro Palao d. puncto 2. num. 17.
30. Patrem & filium posse insimul processionaliter incedere, vnum tanquam beneficium, & alterum tanquam capellanum diuersarum Ecclesiarum, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 68. in 2. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 30. obseruantes quod si processionaliter accederent ad Ecclesiam, in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo inuicere, refero Ego ipse d. allegat. 65. num. 22.
31. Filium illegitimum non prohiberi in hoc text. cum patre habitare, dicunt resolutum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 74. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 35. Fr. Sigismund. à Bononia d. dub. 75. num. 7. vers. septimo, Ego ipse d. allegat. 65. num. 14. Lauer. d. cap. 16. num. 55.
32. Nec pensiones, &c. | Filios illegitimos habere non posse pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, tradunt Seraphin. d. decis. 1442. num. 15. Stephan. Gratian. d. cap. 397. ex num. 24. Campan. d. cap. 13. num. 70. Aloy. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 186. n. 3. part. 4. Castro Palao d. puncto 2. num. 10. Ego ipse d. alleg. 65. num. 6. Rot. decis. 549. num. 4. part. 2. recent. & fuit dictum in Meliten. pensionis 12. Maij 1614. coram bona memor. Burrato inter eius impressas decis. 53. num. 3. vbi Ferentil. in annot. lit. B. Intellige de referuatis post Concilium, non ante Concilium, Nota decis. 12. num. 2. apud Farin. part. 2. in posthum.
33. Filium legitimum non prohibere habere pensionem super beneficio paterno, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 35. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 9. vbi num. 47. subdit dispensandum esse cum filio obtinente pensionem in Ecclesia in qua pater habuit Canonicatum, quem resignauit Sel. in select. Canon. cap. 92. num. 5. vbi ita refert decimum sub die 1. Ianuarij. 1601.
34. Dispensationem huius text. ac illius prohibitionem intrare si Antonius legitimus obtineat Canonicatum, illudque resignet in fauorem Nicolai, referuata pensione super Parochiali, quam Mattheus pater Nicolai obtinebat de contentu patris, cum ipse pater in fraudem concessisset pensioni censeatur, referunt decimum Nicol. Garc. dicto cap. 3. num. 87. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. numer. 41. Ego ipse dict. alleg. 65. num. 27.
- Clericum habentem facultatem transferendi pensionem posse illam transferre in suum filium illegitimum, resoluunt Gig. de pensionib. quæst. 86. num. 5. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 6. quæst. 4. num. 21. & 22. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 22. & 23. AZOR. instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 8. q. 7. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 34. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 1. & 7. Aloy. Ricc. in collect. decis. num. 4. collect. 1367. in fine, & d. Neapolit. decis. 186. num. 1. & 7. Ego ipse d. allegat. 65. num. 27. Aldan. d. lib. 5. tit. 18. num. 13. vbi refert sic fuisse decimum in Zamoren. 9. Nouembrijs 1619. & in alia sub die 15. Septembris 1629.
- ¶ Vel alias obtinuerunt.] Non dici obtinuisse beneficium ad hoc vt comprehendatur sub hoc decreto, ille qui fuit prouisus, & litteris non expeditis ac possessione non habita cessit alteri, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 56. in 2. & 3. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 22. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. si vero.
- ¶ Cogatur filius suum beneficium resignare.] Vide Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 18. num. 38. vbi dicit resolutum mortuo parte non teneri filium illud beneficium dimittere.
- Filium illegitimum, qui vigore huius decreti resignare tenebatur, non esse excusatum à resignatione, quamuis super eo alter haberet regressum, & etiam si fuerit locus regressus, & quod regressum habens nolet consentire, oblata tamen prius resignatione cum honesta pensione, & non acceptata admitti resignationem, & regressum suspendi vsque ad cessum, & decessum resignatarij, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 78. in 1. & 2. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 37. & 38.
- Patrem, qui est coadiutor filij in Canonicatu, teneri cedere omnè ius filio, posse tamen sibi aliquem seruare fructum, aut pensionem, dicit resolutum Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 43. Garc. d. part. 7. cap. 3. num. 80. vbi num. 86. addit fuisse partem decimum non esse concedendum vt filius posset retinere Canonicatum, quia agitur de succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium, in quo patet, contra hoc decretum.
- ¶ Alias ipso iure eo priuatus existat, &c.] Præsumptam dispensationem, in qua fundatur reg. de trienniali, non habere locum contra decretum huius cap. ita vt possidentes beneficium contra eius dispositionem ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant, referunt decimum Nicol. Garc. d. c. 3. num. 88. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 42.
- ¶ Ad hac reciproca resignationes, &c.] Vide Nauar. conf. 5. in antiq. alias conf. 10. in nouis de renuntias. Sayro in floribus decis. sub hoc tit. decis. 6. Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 56. num. 9. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 14. quæst. 9. & quo pacto probentur, vide Aloy. Ricc. in collect. decis. part. 5. collectan. 1705. Castro Palao d. puncto 2. num. 18.
- Decretum hoc disponere tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorem filiorum, faciendas, ait resolutum Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 5.

Beneficia Curata in simplicia conuerti non possunt, etiam cum assignatione Vicarij perpetui, & que in Curata redacta fuerint post mortem Vicarij, vel Rectoris redeant ad pristinam naturam.

C A P V T XIV.

- | | |
|---|--|
| 1 Doctores de materia cap. agentes. | ab Ecclesijs parochialibus, si illis unita essent. |
| 2 Beneficium Curatum quod dicatur. | 5 Beneficia simplicia in Curata ab Ordinario conuerti non possunt. |
| 3 Parochiales Ecclesie in simplicia beneficia conuerti non possunt. | 6 Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere non potest Episcopus. |
| 4 Beneficia simplicia non potest Ordinarius separare | |

Statuit sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia secularia, quocumque nomine appellentur, a que curam animarum ex primeua eorum institutione aut aliter & quomodocumque retinet, illa deinceps in simplex beneficium, etiam si assignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur, non obstantibus quibuscumque gratijs, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In ijs verò, in quibus cõtra eorum